

329 Basis arae rep. upon Penrith fell, near to Old Perith, longa dig. 16, alta 10.

AVENTIN

Hutchinson Cumberl. 1 p. 490 in tab. fig. 12.

330 (Old Penrith? Great Salkeld? Lough?), a stone in the farm yard.

TORINO

R. Gough adscripsit exemplo suo Britanniae Horsleianae Oxonii servato p. 275 ad Cumberl. 52, quae huc pertinet.

331 Penrith Beacon.

ΥΟΓΓΙ/ΙΞΙΟΞ
ΟΣΙΟΛΙΟΛ

R. Gough in schedis Oxoniensibus.

332 Prope Armthwaite, ad Ainstable, in the garden of Miss Aglionby GENT. MAG. Preserved for more than 50 years at the nunnery LYS. Potest inde delata esse a Plumpton Wall.

DEO
MAPONO
ET·N·AVG
DVRIO
5 ET RAMIO
ET·TRVPO
ET·LVRIO
GERMA
NI·V·S·L·M

'Lasenbyensis' gent. mag. 25, 1755 p. 392 cf. P. Gemsege (i. e. Sam. Pegge) ibid. p. 438 (inde Donat. 59, 3 qui habuit ex *saggio critico della letteratura straniera* 3 p. 794; Hutchinson Cumberl. 1 p. 186 in tab. ad p. 225); Lysons Cumberl. p. 155, 67 (inde Newton p. 118, 21; Wright *the Celt* p. 295; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 242; Henzen 5900; I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 263).

1 om. Hutch. 5 RAMIC gent. mag., RAMI Lys. *Maponi* locus aliunde non notus nominatur a Ravennate (5, 31 p. 436, 20) inter *diversa loca in ipsa Britannia* in fine itinerum enumerata; intellegendum fortasse fanum *Maponi* (cf. *fano Coidi* p. 433, 4, ita codd. Vatic. et Paris.).

333 Arula rep. in Kirkbride, Cumberland. Servat Mr. Mawson, Lord Lonsdale's agent.

DEO BELATV
CADRO PETSII
VS·M·SOLV
IT·VOTV
5 M·L·M

A. W. Franks descripsit. Aliunde non novi.

334 Hartknot Castle, remains of a Roman castle just about half way on the road from Raven-glass to Ambleside, prope Eskdale, in confinio comitatum Cumberland et Lancashire, fragmentum (mutilated red sandstone).

GRIC LA COII

B. Williams proceedings of the soc. of antiq. 3, 1855 p. 225.

De Calpurnio Agricola v. n. 225. 758. 773. 774.

335 Olim in Keswick, in the Crossthwaite museum, nunc in museo Britannico. Arula alta circiter 0,18 m., lata 0,10.

ΙΟΣΑΠΙ
7CAIM
COEOC
TOFECI
CANTA

Descripsi ex ectypo ab A. W. Franks misso, neque vero intellexi.

XXXI. OLD CARLISLE.

Stationis Romanae a Wigton duobus m. p. Anglicis versus meridiem sitae et Old Carlisle dictae ab accolis usu quodam communi, quanquam Carlisle nova satis procul distat, nomen antiquum aequè ignotum est atque eius, quae ad Old Penrith sita est. Videtur inter maiores numeranda (cf. Goughs Camden 3 p. 424. 439; H. Rooke Archaeologia 10, 1792 p. 137 ss.); nam, ut Bruce ait (*wall* p. 362), *the station is a large one; the ruins of its ramparts and interior buildings are boldly marked; its four gateways are well defined. A double ditch, with an intervening vallum, has surrounded the fort cet., additque etiam aedificiorum suburbanorum superesse vestigia, item viarum a quattuor portis per castra ipsa directarum. Tituli ibi reperti frequentes dubitare non sinunt, quin ala Augusta (n. 338. 342. 353) vel plenius dicta ala Augusta ob virtutem appellata (n. 340. 341. 344 cf. 345. 351. 352) stativa ibi habuerit certe inde a saeculo altero circiter medio; eques eius praeterea semel tantum in Britannia in Eildon Scotiae redit (nam lectio tituli Longoviciensis supra n. 288 prorsus incerta est). Fuerunt qui alam eam non diversam esse putarent ab ala prima Herculea, cuius praefectum notitia (p. 115* 4) Olenaco collocat indeque Olenacum fuisse Old Carlisle sibi persuaderent, argumentis idoneis nullis. Magis probabiliter conieceris in titulo n. 346 latere nomen loci a Vik... incipiens; verum tituli eius interpretatio incerta est. Tituli praeter deos tam peregrinos quam Romanos ibi cultos et imperatores saeculi tertii a Severo usque ad Gordianum non multa praebent memoriae digna; prodierunt ibi etiam anaglypha varia (Horsley p. 276 Cumberl. n. 54 et 60) et solita vitae Romanae vestigia; item columna miliaria Philipporum.*

336 Rep. in Old Carlisle, servata in Wigton Hall.

DEAE A
AE TE
LVATER
CELLVS
REST

Hodgson 2, 3 p. 238 cui descripsit Ric. Matthews; Bruce in schedis. Exempla consentiunt. Vateria nomen legitur apud Mommsenum I. N. 4969. 7128. Ceterum v. 1. 2 latent fortasse deae eius ignotae nomina, quae redit in titulo n. 347.

Deae A[etern]ae? te[mplum]? L. Vater[us Mar]cellus rest[ituit]

1. Antiquissimus eorum testis oculatus, de quo quidem constat, GERICIUS est, qui praeter miliarium modo nominatum titulum unum (n. 337) ibi vidit.

2. CAMDENUS tam ipse vidit quam ab amicis accepit variis temporibus et cum Grutero communicavit titulos sex (n. 337. 339. 340. 341. 344. 353); unum male exceptum aliunde habuit GIBSON (n. 340).

3. HORSLEIUS paucos ipse investigavit (n. 340. 341. 344) eosdemque etiam WARBURTON habet.

4. Varii visi sunt a Rogerio GALE (n. 344), POCOCCIO (n. 353), C. R. SMITH (n. 338), scriptoribus aliis in *gentlemen's magazine* (n. 342. 343. 346. 352) et *Archaeologia Aeliana* (n. 355. 358).

5. Scriptorum patriorum primus HUTCHINSON nominandus est, qui titulos ibi repertos proponit novem (n. 340. 341. 342. 343. 344. 352. 353. 354. 355), quorum duos solus huic loco tribuit (n. 354. 355).

6. Deinde LYSONS sex vidit (n. 340. 342. 343. 352. 355. 358); complures

7. HODGSON solita diligentia, qui Ricardo Matthews loci tum domino-plura accepta refert (cf. eius *hist. of Northumb.* 2, 3 p. 235); sed omnium plurimos

8. BRUCE congescit tam in libro de vallo editos quam in schedis per scriptos.

Ipsè unum tantum vidi (n. 344) per Cottonem ad Connington et deinde Cantabrigiam delatum. Tituli plerique in Old Carlisle reperti servantur in vicina sede Wigton Hall; singuli ad Carlisle oppidum (n. 350), ad Lowther Castle (341), denique ad Netherby (n. 342) pervenerunt.